Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770395-p0001-5

Geschenk des Lieutenant
Falda zu Halle Jan. 1835.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770395-p0002-0

RECTOR ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS
HENNINGUS Groſſe U. J. D. & Profeſſor publicus &c.

CIVIBUS ACADEMICIS S. D.

DUm publicis tandem literis noſtra prodenda eſt infelicitas, & denudandum novum vulnus, quod ingens ſane accepimus nuper, cum Vir Clariſs. M. ERASMUS SCHMIDT Græcar. Literar. atque Mathem. P.P. nec Philoſophici Collegij tantum, ſed & totius Academiæ Senior, terris, quas bonam partem hactenus celeberrimi ſui nominis impleverat famâ, eriperetur, multa & non indigna commemoratu licebat præfari. Nam de jacturæ magnitudine, quam univerſæ literæ, & Græcæ cumprimis perpeſſæ ſunt Muſæ, quæ incomparabilem Vindicem atque Aſſertorem in eo ſe amiſiſſe acerbè lugent, ſi dicere inſiſteremus, quanta oratio noſtra conficere ſpatia atque explere poſſet? Jam de inenarrabili divinæ voluntatis ratione, ſi quod verborum liberet facere, atque inquirere adeò eccurnam in tantæ pietatis ac innocentiæ, tamque de quibusvis ordinibus pene egregiè meritum virum extremâ ætate, quæ tota quieti ac otio debebatur, tam dura ac aſpera experierint fata, ut deprædationibus atque incendijs vaſtari patriam, hanc urbem clariſsimam, domicilium ſuum, tantum non obſideri; non ſuâ culpâ familiarem rem cogi in arctum; infeſtari tecta ac larem ſæva lue; dulciſſimum pignus, & unicum vitæ ſolatium, inclementi fato extingui; uxorem, hoc eſt, *alteram animæ partem*, decumbentem videre graviſſimè ante, quàm ipſe diſcederet, haberet neceſſe; quantus nobis aperiretur campus? Sed nec æquari verbis damnum noſtrum poteſt; & eſt inperſcrutabilis judiciorum divinorum natura. Nullum in ea penetrare mortale acumen unquam poteſt. Quidquid moliti fuerint ingenioſi homines, nihil efficient tandem. Quo plura excuſſiſſe induſtriam ſuam putabunt, hoc plura latere intelligent. Cæterum dolore ac luctu incendere omnia, vix ſanos homines ſatis decet, & vulgi negotium eſt, quod ſæpe in nihil profuturis ambitioſè ſudare ſolet. Ac erunt alij fortaſſe, qui, ſi quid hujus deſiderabitur, ſupplendi partes in ſe ſuſcipient: nos ad eum convertimur, de quo dicendum. Cujus imaginem ipſam contemplari ſatius eſt, quam in quibusdam parergis tenere Lectorem. Sed prius infantem ac puerum, quam virum ſpectabimus & ſenem. Sicut ætas per ſuos gradus evecta eſt; ſic cum ætate noſtra quoque narratio procedet. Natus igitur in Miſnia patriam habuit Delitium, oppidum haud ignobile, & præter alias copias bonis ingenijs quoque haud deſtitutum. Ibi igitur in lucem editus eſt d. XVII. Aprilis An. cIↃ IↃ LXX patre, THOMA, Reip. Conſule, Viro non modò rerum civilium, ſed literarum eiam ac variarum artium, Mathematicarum præcipuè atque Mechanices, item Poeſios Muſicæque inſigniter perito: matre Egregiâ fœminâ, REBECCA: WOLFGANGI RICHTERI Delitiani Senatoris filia. Qui cum bonitatem indolis præſtantiamque ingenij, quâ pollebat natus, deprehenderent, tanquam fertilem agrum colendum diligenter, nec permittendum exiſtimarunt, uti ſentibus & dumis obduceretur; ſed potius ut optimarum artium ac diſciplinarum acciperet ſementem. Itaque traditus in ſcholam Magiſtrisque commiſſus maturè eſt: ac tantum abfuit, ut indigeret monitoribus, qui excitarent ejus induſtriam, ut ſibi vel ipſe perpetuò ſtimulus eſſet ac calcar. Quod præcipuè patre mortuo apparuit, quem decem & quatuor annos natus puer amiſit. Neque enim domi minus ſuapte ſponte, quam ſi in Præceptorum ore verſaretur, & penſum in ludo faceret, incumbere literis & aſſidere libris ſolebat: omnes operas ſuas, & totam vitam adeò, ad certas leges exigens, quas ſibi ipſe poſuerat ac ſcripſerat ante. Quare cum non ingenium tantum profectusque literarum, ſed vitam quoq; & mores cùm Præceptoribus tum Scholarchis etiam probaret egregiè, factum eſt, ut Senatus patrij auctoritate in Ludum Electoralem, qui Portæ eſt, mitteretur, quindecim quidem annorum puer, ſed qui dicendi artium fundamenta egregiè poſuiſſet; cæterum ea eſſet cognitione Græcarum literarum [quas Patrem æmulatus, vel admodum puer amavit ſummopere] quam multi optarent, cum Ludum illum relinquunt. Ac hunc cum eſſet ingreſſus, facile ſibi ingenij elegantia modeſtiaque animi Præceptorum benevolentiam conciliavit. Præcipuè verò M. JONAM ECCARTI, & SETHUM CALVISIUM, Viros ut eruditiſs. ſic Clariſsimos quoque ſibi adjunxit: quorum altero poſt, & ſingulari amico uſus eſt, & hoſpite etiam, ſi quid negotij Lipſiæ conficiendum eſſet. Diſceſſurum ex eo Ludo Præceptores Sereniſsimo Electori Saxoniæ D. CHRISTIANO I. accuratè commendarunt, ut Academiam jam ingreſſo mature de beneficio, ſive ſtipendio proſpiceretur. Nec defuit ei liberalitas Principis benigniſsimi: & eâ fretus in Academiam noſtram Anno cIↃ IↃ XC. venit. Solet verò non rarò accidere, ut rectè officium adoleſcentes faciant, cum ſibi adhuc, quem metuant, habent; cum ſimul relicti ſibi fuerint, plane contra eveniat. Nec fruſtra ſapientiſſimus Comicus dixit: *Deteriores omnes ſimus licentia.* Sed nihil in moribus ejus immutavit vita Academica, liberior illa & magis plena ſui: atq; antiquum ſuum igitur perpetuo obtinuit, nullas in ulla alia re ſibi relictas partes ſtatuens, quam quæ aut meliorem ipſum, aut doctiorem reddere poſſent. Hac ratione id conſecutus eſt, ut tertiò anno poſt, quam huc veniſſet, Magiſterij laurea ſolenniter ornaretur. Quamvis autem tum Theologicas quoq; literas non indiligenter habere cepiſſet, tamen in evolvendis auctoribus Græcis & erudito illo Mathematicorum tractando pulvere, fatali quadam deſtinatione plurimum ſemper occupabatur. Quod literarum genus & privatis ſcholis non ſine inſigni plurimorum fructu excoluit; eaq; de re ad eam venit celebritatem, uti M. PETRO OTTHONE exemto vivis, Profeſſio Mathematica, quæ tum ab ejus exceſſu vacare ceperat, optimè ei committi poſſe Patribus Academiæ, quos ſua virtute mirificè ſibi obſtrinxerat, videretur: quamquam ea poſtea ab Illuſtriſſimo Electoratus Saxonici Adminiſtratore, MELCHIORI JOSTELIO, Medic. D. Viroque Clariſſimo, qui ſolus Noſtro præferendus exiſtimabatur, commiſſa fuerit. Ac tantum abeſt, ut eam ob rem doctiſsimo viro, ut ſolet fermè inter homines, obtrectarit unquam noſter, ut potius mirificè ipſum amarit ac veneratus ſit, ſectatusque tribus integris annis, propter exquiſitam rerum Mathematicarum ſcientiam, qua pollebat, quaq; ſuperari ſuam minimè dolebat, & candidè ſemper profitebatur. Non ita multò poſt accidit, ut Leutſchovienſis Scholæ Rectoratus in Hungaria vacaret. De quo adipiſcendo cum certam ſpem noſtro feciſſet maximus ſeculi hujus Theologus, AEGIDIUS HUNNIUS; fretus conſilio & auctoritate tanti Viri, eo proficiſci haud dubitavit. Quò cùm veniſſet mirifico omnium favore ac plauſu exceptus quidem eſt, ſed munere illo excidit, non tam ſuâ, aut illorum culpâ, quorum id in manu erat, quam certo quodam fortunæ & fati ductu, quod tantum ingenium & nomen ad noſtræ Germaniæ gloriam accedere potius, quam exterorum augere laudes jam deſtinarat. Itaque luculento congiario & ab invitis dimiſſus, eo ipſo anno redijt ad nos, quo erat profectus, & veterem ſtudiorum curſum reperijt ſtatim ſtrenueque continuavit. Anno cIↃ IↃ XCVII aſſcriptus Collegio Philoſophico eſt, ipſis Kal. Maij. M. Octb. poſtea Græcarum Literarum Profeſſio auctoritate publica demandata ei auſpicijs feliciſsimis eſt. Quippe cui hos XL ipſos annos ita præfuit, uti non modò ſibi multum gloriæ ac nominis per univerſum orbem literarium paraverit, ſed Academiæ ipſi etiam ingens ornamentum ac decus conciliarit. Pauci quidem in eruditis haberi volunt, qui non Græcarum literarum peritiam aliquam ſibi tribuant: at qui cujusvis ætatis ac commatis ſcriptores & rectè intelligat, atque, non ex quibusdam Regulis tantum, quæ ultra verborum ac vocum ſtructuras haud exeant, ſed ex antiquitate intima, intimoque auctorum ſenſu ac indole, virtutibusque atque conſilio interpretari commodè & perſpicuè queat, quotus quisque in noſtra Germaniâ reperiendus eſt, qui ſibi hanc laudem præ alijs vindicare auſit? Quam adeò ſibi propriam fecit noſter, ut ea de re maximi ſeculi viri, apud exteros quoque, præ quibus Græcia ipſa vix Græca magis videatur, ipſum & amarint ſummopere & admirati fuerint. Sane cum Pindarus ejus prodiret in lucem, inuſitatæ diligentiæ opus, ita obſtupuiſſe eruditiſsimos Belgarum non ignoramus, & ora obvertiſſe ſua, ut ultro faterentur, tantum in difficillimo non modò, ſed corruptiſsimo etiam auctore præſtitum à noſtro, quantum præſtari ab ullo mortalium poſſe, vix crediſſent ante. Ac niſi iniquiſſimorum temporum furor hactenus editioni reliquorum operum, quæ plura, ut erat invicti laboris & inexhauſtæ diligentiæ, reliquit, inprimis verò earum Commentationum, quas exactiſsimas Dionyſio Afro Periegetæ, impendit, itemque, quibus Lycophronis atri latebras, ut Statius appellat, hoc eſt Caſſandram ipſius, obſcuriſsimum multò & intricatiſsimum Poema, poſt Canterum ac Meurſium illuſtrare aggreſſus eſt, obſtitiſſet, quanta acceſſio ad ſummum partum decus & gloriam ejus facta fuiſſet? Quamquam jam tunc hoc nomine celebris eſſe ceperit & per virorum doctorum ora volitare, licet opera ipſa nondum facta publici uſus, poſtquam labores iſtos, quos in Lycophronis Caſſandram contulerat, princeps ingeniorum DANIEL HEINSIUS Epigrammate Græco, quod editum ab ipſo jam olim eſt, honeſtavit. Quod eo plus ponderis habet certè, quod non extortum precibus eſt, ſed ultrò & ſponte ab eo conſcriptum. Ut erudito con ſtaret orbi, quam honorificè atque prolixè de inuſitata eruditione viri in iſto genere ſentiret. De qua præcipuè tamen, ſummoque judicio ejus teſtari Commentarij olim poterunt, quos cum novâ verſione in Novum Fœdus inſtituit, & eo ipſo finivit die, quo hoc fatali morbo decumbere cepit, compos factus ejus voti, quod jam ante nuncuparat DEO, quò ſibi liceret eo uſque vitam producere, donec labore ſanctiſſimo eſſet perfunctus. Qui nullo alio fine ſuſceptus eſſet, quam uti propagaretur ejus gloria, & in ſanctiſſima ipſius oracula ne peregrini ſenſus inveherentur. Quantum in illo opere præſtiterit, breviter dici non poteſt. Et commendabit admirabunda poſteritas, quæ ſuum cuique pretium rependit. Illud verò tacendum non eſt, quod in Novi Teſtamenti Codice Amici ab eo viderunt præſcriptum: IN NOMINE JESU CHRISTI SPERO EGO ERASMUS SCHMIDT WITEBERGAM NON DEVASTATUM IRI, ANTEQUAM PIUS LABOR CIRCA NOVUM TESTAMENTUM TOTUS ABSOLUTUS FUERIT. DEUS EAM CUM TOTA ECCLESIA SUA DIUTISSIME CONSERVET, ET HOSTES EJUS CONFUNDAT. Quæ verba ſatis oſtendere poſſunt, quâ ſpe fiduciaque in abſolvendo hoc opere hactenus, ex quo ſemel periclitari noſtræ res, ac partim jactari tempeſtate bellica, partim peſtilitate etiam affligi ceperunt, fuerit verſatus. Profeſſionem, hoc eſt, domum adeptus, de uxore etiam, Heſiodi præceptum ſecutus, cogitare cepit. Itaque ſequenti anno junxit ſibi ANNAM HUGONIAM, abſoluti exempli fœminam, quam Clariſſimus Vir, M. MICHAEL REICHART Oratoriæ Profeſs. Publicus Viduam reliquerat: quîcum XXV. ann. conjunctiſſimè vixit, atque ex ea ſuſcepit liberos V. de quibus ſola ſuperſtes REBECCA eſt, Reverendi ac Præſtantiſſimi Viri M. JOHANNIS SCHWALBI, Sonnewaldenſis & Vicinarum Eccleſiarum Paſtoris ac Superintendentis uxor, quæ atrociſſimo morbo implicitâ chariſſimi patris exequias nequivit venire. Cæteri omnes in prima ætate obierunt, præter filium ERASMUM, itemque SOPHIAM, Viri Admodum Reverendi atque Clariſſimi JOHANNIS MULLERI SS. Theol. Licent. ex Moral. Prof. P. in Academia noſtra Eccleſiæ Hamb. quæ ad D. Petri eſt Paſtoris Conjugem. Ea demortuâ cum familiaris ipſius res ſine domeſticorum laborum ſocia conſtare poſſe non videretur, præcipuè cum filias omnes elocaſſet, ad ſecunda vota tranſijt A. cIↃ IↃ CXXIII. d. XIIX. Novembris domum ducens lectiſſimam virginem, MAGDALENAM, ANDREÆ TUCHSCHERERI, Advocati non incelebris apud Miſnenſes filiam: quæ ei unicam filiam edidit, ex qua ſolatij quantum & oblectamenti antea ceperat, tantum mœroris & acerbiſſimi luctus hauſit nuper, cum immaturo fato extingueretur. A. cIↃ IↃ cI Inſpectio Stipendiariorum Electoralium, & tertio anno pòſt Ludorum Illuſtrium Viſitatio ipſi demandata eſt, noviſſimè autem Mathematum quoq;: quod Profeſſio A. cIↃ IↃ CXIV accidit. Quas partes omnes ſumma ſemper fide ac ſtudio adminiſtravit. Ut multos numerare liceat, qui ex ipſius diſciplinâ ad ſummas atq; ampliſſimas dignitates aſpirerint. Rectoratum Acad geſſit bis: Decanatû Collegij Philoſophici ſepties quod nemini unquã contigit hactenus à prima Academiæ conſtitutione Ad Comitia Publica quater miſſus eſt publico nomine; & plura alia adminiſtravit negotia inſerviendi bono cõmuni cauſſa, cujus ſtudioſiſsimus ſemper fuit. Delatus ipſi & Conſulatus Urbis aliquando eſt, ſed ejus gratia ut ſibi fieret facile impetravit, qui alias tot rebus quotidie occupatus tenebatur. Ut mirum nonnemini videri queat, quî unus par eſſe omnibus, & tot præterea volumina legere non modò, ſed ſcribere etiam poſſet. Sed nihil difficile ac arduum eſt ingenio alacri, & quod labores non reformidet. Nam præter illa, quæ ſupra nominavimus opera, longum Catalogum aliorum texere liceat, quæ aut dudum communicata cum eruditis ſunt, aut communicanda adhuc in ſcrinijs latent. Quod certe hunquam non ex bono publico fore, exiſtimamus. Jam olim eſt factum, ut chronicis quibusdam morbis peteretur: ſed tum cumprimis, cum peſſum eunte patriâ, & tantum non penitus everſa, tot quotidie mœroris & ægritudinis cauſſæ nobis objicerentur. Quare hoc toto ſemeſtri, non ſemel infirmitate quadam correptus eſt, quam licet depoſuerit poſtea, nunquam tamen ſibi validus ſatis ipſe eſt viſus. Nuper autem cum vix ex febri collegiſſet ſe, & reparaſſet nonnihil proſtratas vires, ita ipſum perculit filiæ caſus, ut plerique exiſtimarent recto talo ipſius valetudinem ſtare haud poſſe. Quo cum & conjunctiſſimæ uxoris decubitus acceſſiſſet tandem, quomodo durare amplius poterat, homo tantæ ætatis, & tot prærerea morbis ante ac curis debilitatus & fractus? Cum itaque XXX. Auguſti die colophonem egregium Commentarijs ſuis in Novum Teſtamentum in illis verbis, ETIAM VENIO CITO, AMEN. VENI DOMINE JESU, impoſuiſſet, paullò poſt nonnihil horroris febrilis ſenſit; quod diſſimulavit ante, donec de eo inter prandendum eos, qui erant una, admoneret. Simul & illud adjiciens, *ea verba, quibus D. Johannes vaticinio ſuo, & ego hodie laboribus meis impoſui finem, noviſſima fuerunt prioris meæ conjugis. Demigraturæ in alteram vitam, de me quid brevi futurum ſit, docebit dies. Mihi profectò hæc res haud quaquam omine videtur carere.* Interim magis ac magis de horrore conqueſtus eſt, ut neceſſe eſſet lecto reponere, qui foveretur. Conſulti ea de re Medici, ex certis ſignis & præſcriptis artis ſuæ febrem ſcorbuticam pronunciarunt, quo malo jam ante ſæpius laborarat. Ac quamvis lectiſſimæ Medicinæ adhiberentur, tamen per mærore & curis defatigatum penitus & maceratum animum, non potuit convaleſcere corpus & eas contrahere vires denuo, quæ ſuperandæ malignitati morbi pares eſſent. Sic factum, ut d. IV Septembris inter medias preces ſub XII meridianam placidiſsimo obitu, qualis ferme ſequitur ſenes, ſolveretur: de quo diſceſſu iam præcedente die quaſi monuerat quaſi, ſic allocutus ex Pſalmo animam ſuam; REVERTERE ANIMA MEA IN REQUIEM, QUONIAM DOMINUS BENEFECIT TIBI. Hunc finẽ habuit Sanctus ſenex, cum vixiſſet ann. LXIIX. qui propter ingentes virtutes & præclariſſima merita, vel integra ſecula vivere videbatur dignus, ſi & pateretur naturæ noſtræ lex, atque id ipſum ei oneri forte haud fuiſſet. Nam quotum quemque vita hodie non gravet? tot periculis atq; terroribus, tot atrociſſimis caſibus atque calamitatibus expoſita ſemper? ijs verò infeſta præcipuè, qui Deo virtutique dicatum animum ab ſeculi artibus abduxerunt in quo jamdiu fuerat noſter? Nam quanta Pietas reverentiáq; Numinis in eo fuerit, ijs præcipuè conſtat, qui interiorem ejus vitam, & qualis maxime erat domi contemplati fuerunt. Nam ut in cæteris rebus mire alienus ab oſtentatione omni erat, & ſi quid ſimulatè agendum eſſet; ita id in divinis maximè deteſtabatur. Homines ſe patiuntur ludi ejuſmodi artibus: Deo dari verba non poſſunt, cui & cordis arcana manifeſta ſunt. Itaque qui domeſticam diſciplinam ejus intuerentur, videbantur propemodum ſe in templum veniſſe. Ita nihil ludicrum, nihil laſcivum ac indecorum animadvertere erat. Quoties amici eum nunc orantem, nunc pſallentem, ſæpe & lacrimantem offenderunt? Non ſuper rei familiaris aliqua clade, ſed ſuper erroribus ſuis, ac culpis: â quibus, ut homo, non erat immunis, ita cum alijs comparatus, vel ſanctus videbatur. Quid nunc de inuſitata ejus modeſtiâ, de abſtinentia & æquitate incredibili, de ſummâ item lenitate animi dicemus? In quemnam unquam durius atque ſuperbius aliquid conſuluit? Cujus invaſit bona unquam, aut appetijt ſaltem? Cuinam magis iratus quam ſibi ipſi fuit, cùm deflexiſſe videretur non nihil à via in quædam diverticula quaſi abductus? De ſobrietate autem ac temperantia dicendum non eſt, quæ hodiè inter virtutes vix tenent locum. Nec de candore etiamquem plerique nunc pro ruditate, atque inſcitia habent, Ut cum tot maximas virtutes intuemur, eum non[illegible] iſtorum temporum hominem, ſed potius ex priſcis ill[illegible] demiſſum poſſimus putare. Ac ſunt reliquiæ ejus jam ante quidem conditæ in Templo Arcis Academico; hodie verò ætera, quæ reſtant, ſolemnia funeris peraguntur. Quæ cum ad H. I. poſtea futura ſint, veſtrum erit, tam præclarè de Academiâ & univerſis literis, quin & Eccleſia merito viro ac Præceptori [illegible] Cujus rei cauſſa ut ad Clariſsimi Viri JACOBI JOELIS COCI Medic. Doct. ædes conveniatis frequentes, etiam atque etiam vos admonemus. P.P. ad d. XII. Septembr. anno recuperatæ gratiæ cIↃ IↃ CXXXVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770395-p0004-2

Typis ANDREÆ COLVVALDI, ANNO M DC LVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770395-p0005-7

Typis ANDREÆ COLVVALDI, ANNO M DC LVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770395-p0006-3

Yc 37

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770395-p0007-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770395-p0008-4

...feſſor publicus &c.

CIVIBUS ACADEMICIS S. D.

...a prodenda eſt infelicitas, & denudandum novum vulnus, quod ingens ſane
...S SCHMIDT Græcar. Literar. atque Mathem. PP. nec Philoſophici Collegij tantum, ſed & totius Academiæ S...
...pleverat famâ, eriperetur, multa & non indigna commemoratu licebat præfari. Nam de jacturæ magnitudine, quam univerſæ literæ, & Græcæ cum...
...amiſiſſe acerbè lugent, ſi dicere inſiſteremus, quanta oratio noſtra conficere ſpatia atque explere poſſet? Jam de inenarrabili divinæ voluntatis ratione, ſi quod verborum liberet...
...busvis ordinibus pene egregiè meritum virum extremâ ætate, quæ tota quieti ac otio debebatur, tam dura ac aſpera experierint fata, ut deprædationibus atque incendijs vaſtari p...
...lpâ familiarem rem cogi in arctum; infeſtari tecta ac larem ſæva lue; dulciſſimum pignus, & unicum vitæ ſolatium, inclementi fatô extingui; uxorem, hoc eſt, alteram animæ par...
...tus nobis aperiretur campus? Sed nec æquari verbis damnum noſtrum poteſt; & eſt inperſcrutabilis judiciorum divinorum natura. Nullum in ea penetrare mortale acumen...
Quo plura excuſſiſſe induſtriam ſuam putabunt, hoc plura latere intelligent. Cæterum dolore ac luctu incendere omnia, vix ſanos homines ſatis decet, & vulgi negotium eſt, quod...
...partes in ſe ſuſcipient: nos ad eum convertimur, de quo dicendum. Cujus imaginem ipſam contemplari ſatius eſt, quam in quibusdam parergis tenere Lectorem. Sed prius in...
... quoque narratio procedet. Natus igitur in Miſnia patriam habuit Delitium, oppidum haud ignobile, & præter alias copias bonis ingenijs quoque haud deſtitutum. Ibi igitur i...
...m, ſed literarum eiam ac variarum artium, Mathematicarum præcipuè atque Mechanices, item Poeſios Muſicæque inſigniter perito: matre Egregiâ fœminâ, REBECCA: VVOLF...
...t natus, deprehenderent, tanquam fertilem agrum colendum diligenter, nec permittendum exiſtimarunt, uti ſentibus & dumis obduceretur; ſed potius ut optimarum artium ac di...
...uit, ut indigeret monitoribus, qui excitarent ejus induſtriam, ut ſibi vel ipſe perpetuò ſtimulus eſſet ac calcar. Quod præcipuè patre mortuo apparuit, quem decem & quatuor ann...
...in ludo faceret, incumbere literis & aſſidere libris ſolebat: omnes operas ſuas, & totam vitam adeò, ad certas leges exigens, quas ſibi ipſe poſuerat ac ſcripſerat ante. Quare cum n...
...probaret egregiè, factum eſt, ut Senatus patrij auctoritate in Ludum Electoralem, qui Portæ eſt, mitteretur, quindecim quidem annorum puer, ſed qui dicendi artium fundament...
...vit ſummopere] quam multi optarent, cum Ludum illum relinquunt. Ac hunc cum eſſet ingreſſus, facile ſibi ingenij elegantia modeſtiaque animi Præceptorum benevolentiam...
...altero poſt, & ſingulari amico uſus eſt, & hoſpite etiam, ſi quid negotij Lipſiæ conficiendum eſſet. Diſceſſurum ex eo Ludo Præcept...
...eretur. Nec defuit ei liberalitas Principis benigniſsimi: & eâ fretus in Academiam noſtram Anno cIↄ Iↄ XC. venit. Solet verò non r...
...ientiſſimus Comicus dixit: *Deteriores omnes ſimus licentia.* Sed nihil in moribus ejus immutavit vita Academica, liberior illa & magis p...
...ent. Hac ratione id conſecutus eſt, ut tertiô annopoſt, quam huc veniſſet, Magiſterij laurea ſolenniter ornaretur. Quamvis autem tum The...
...dam deſtinatione plurimum ſemper occupabatur. Quod literarum genus & privatis ſcholis non ſine inſigni plurimorum fructu e...
...t, optimè ei committi poſſe Patribus Academiæ, quos ſua virtute mirificè ſibi obſtrinxerat, videretur: quamquam ea poſtea ab Illuſtri...
...mmiſſa fuerit. Ac tantum abeſt, ut eam ob rem doctiſsimo viro, ut ſolet fermè inter homines, obtrectarit unquam noſter, ut potius n...
...i ſuam minimè dolebat, & candidè ſemper profitebatur. Non ita multò poſt accidit, ut Leûtſchovienſis Scholæ Rectoratus in Hung...
...oritate tanti Viri, eo proficiſci haud dubitavit. Quò cùm veniſſet mirifico omnium favore ac plauſu exceptus quidem eſt, ſed mu...
...ſtræ Germaniæ gloriam accedere potius, quam exterorum augere laudes jam deſtinarat. Itaque luculento congiario & ab invitis d...
... Collegio Philoſophico eſt, ipſis Kal. Maij. M.Octb. poſtea Græcarum Literarum Profeſsio auctoritate publica demandata ei auſpicijs fel...
...demiæ ipſi etiam ingens ornamentum ac decus conciliarit. Pauci quidem in eruditis haberi volunt, qui non Græcarum literarum...
... ac vocum ſtructuras haud exeant, ſed ex antiquitate intima, intimoque auctorum ſenſu ac indole, virtutibusque atque conſilio int...
...propriam fecit noſter, ut ea de re *maximi ſeculi viri, apud exteros quoque*, præ quibus Græcia ipſa vix Græca magis videatur, ipſum...
...on ignoramus, & ora obvertiſſe ſua, ut ultro faterentur, tantum in *difficillimo* non modò, ſed corruptiſsimo etiam aucto...
...ctenus editioni reliquorum operum, quæ plura, ut erat invicti laboris & inexhauſtæ diligentiæ, reliquit, inprimis verò...
...t Statius appellat, hoc eſt Caſſandram ipſius, obſcuriſsimum multò & intricatiſsimum Poema, poſt Canterum ac Meurſium...
...bris eſſe ceperit & per virorum doctorum ora volitare, licet opera ipſa nondum facta publici uſus, poſtquam labores iſtos, q...
...m eſt, honeſtavit. Quod eo plus ponderis habet certè, quod non extortum precibus eſt, ſed ultrò & ſponte ab eo conſcriptum. Ut eru...
...ri Commentarij olim poterunt, quos cum novâ verſione in Novum Fœdus inſtituit, & eo ipſo finivit die, quo hoc fatali morbo decu...
Qui nullo alio fine ſuſceptus eſſet, quam uti propagaretur ejus gloria, & in ſanctiſſima ipſius oracula ne peregrini ſenſus inveherentur. Quan...
...non eſt, quod in Novi Teſtamenti Codice Amici ab eo viderunt præſcriptum: IN NOMINE JESU CHRISTI SPERO EGO ERA...
... ABSOLUTUS FUERIT. DEUS EAM CUM TOTA ECCLESIA SUA DIUTISSIME CONSERVET, ET HOSTES EJUS CO...
...tari tempeſtate bellica, partim peſtilitate etiam affligi ceperunt, fuerit verſatus. Profeſſionem, hoc eſt, domum adeptus, de uxore etiam,...
...Vir, M. MICHAEL REICHART Oratoriæ Profeſs. Publicus Viduam reliquerat: quîcum XXV. ann. conjunctiſſimè vixit, atque e...
...s & Vicinarum Eccleſiarum Paſtoris ac Superintendentis uxor, quæ atrociſſimo morbo implicita chariſſimi patris exequias nequivit venir...
... JOHANNIS MULLERI SS. Theol. Licent. ex Moral. Prof. P. in Academia noſtra Eccleſiæ Hamb. quæ ad D. Petri eſt...
...iſſet, ad ſecunda vota tranſijt A. cIↄ Iↄ CXXIII. d. XIIX. Novembris domum ducens lectiſſimam virginem, MAGDALENAM, AN...
...tea ceperat, tantum mœroris & acerbiſſimi luctus hauſit nuper, cum immaturo fato extingueretur. A. cIↄ Iↄcı Inſpectio Stipendiarior...
...IV accidit. Quas partes omnes ſumma ſemper fide ac ſtudio adminiſtravit. Ut multos numerare liceat, qui ex ipſius diſciplinâ ad ſummas atq;...
...e conſtitutione Ad Comitia Publica quater miſſus eſt publico nomine; & plura alia adminiſtravit negotia inſerviendi bono cōmuni cauſa, c...
...us tenebatur. Ut mirum nonnemini videri queat, quî unus par eſſe omnibus, & tot præterea volumina legere non modò, ſed ſcribere eti...
...gum aliorum texere liceat, quæ aut dudum communicata cum eruditis ſunt, aut communicanda adhuc in ſcrinijs latent. Quod certe nu...
...eunte patriâ, & tantum non penitus everſa, tot quotidie mœroris & ægritudinis cauſſæ nobis objicerentur. Quare hoc toto ſemeſtri, n...
...t ſe, & reparaſſet nonnihil proſtratas vires, ita ipſum perculit filiæ caſus, ut plerique exiſtimarent recto talo ipſius valetudinem ſtare haud...
...c curis debilitatus & fractus? Cum itaque XXX. Auguſti die colophonem egregium Commentarijs ſuis in Novum Teſtamentum in...
...e, donec de eo inter prandendum eos, qui erant una, admoneret. Simul & illud adjiciens, *ea verba, quibus D. Johannes vaticinio ſuo, &...*
...nfectò hæc res haud quaquam omine videtur carere. Interim magis ac magis de horrore conqueſtus eſt, ut neceſſe eſſet lecto reponere, q...
...Ac quamvis lectiſſimæ Medicinæ adhiberentur, tamen per mærore & curis defatigatum penitus & maceratum animum, non potuit c...
...XII meridianam placidiſsimo obitu, qualis ferme ſequitur ſenes, ſolveretur: de quo diſceſſu iam præcedente die quaſi monuerat...
...habuit Sanctus ſenex, cum vixiſſet ann. LXIIX. qui propter ingentes virtutes & præclariſſima merita, vel integra ſecula vivere videbatur...
..., tot atrociſſimis caſibus atque calamitatibus expoſita ſemper? ijs verò infeſta præcipuè, qui *Deo* virtutique dicatum animum ab ſeculi ar...
... maxime erat domi contemplati fuerunt. Nam ut in cæteris rebus mire alienus ab oſtentatione omni erat, & ſi quid ſimulatè agendum e...
... Itaque qui domeſticam diſciplinam ejus intuerentur, videbantur propemodum ſe in templum veniſſe. Ita nihil ludicrum, nihil la...
...s aliqua clade, ſed ſuper erroribus ſuis, ac culpis: â quibus, ut homo, non erat immunis, ita cum alijs comparatus, vel ſanctus vide...
...s atque ſuperbius aliquid conſuluit? Cujus invaſit bona unquam, aut appetijt ſaltem? Cui nam magis iratus quam ſibi ipſi fuit, cùm deflexiſ...
...t locum. Nec de candore etiamquem plerique nunc pro ruditate, atque inſcitia habent. Ut cum tot maximas virtutes ... poſtea futura...
...conditæ in Templo Arcis Academico; hodie verò ætera, quæ ... funeris peragentur. Quæ cum ad ... IACOBI JOELIS COCI Medic. Doct. ædes convenietis frequentes, e...

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770395-p0009-3